Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



abscondita est aboculis omnium uiuentium. deus intelligit uiam eius.
& ipse nouit locum illius. Ipse enim dixit homini. Ecce timor dñi ipsa est sapientia. & recedere a malo intelligentia. Diligamus eam fratres
ut diligamur a bea. Ipsa enim sapientia quę xps est dicit. Ego sapientia habito in consilio. & eruditis interfum cogitationib;. Meum ē consiliū
& equitas. mea est prudentia. mea est & fortitudo. Ego diligentes me diligo. & qui mane uigilauerint ad me inuenient me. Mecū sunt di
uitię & gloria. melior est fructus meus auro. & lapide precioso. In
uiis iustitię ambulo. ut ditem diligentes me. & thesauros repleā eorū.
diligit enim deus illum qui diligit sapientiam. Sapientia enim fili
is suis preparat uitam. Diligentibus se iusticiam ministrat. aman
tibus se prudentiam donat. intemptatione cum illo ambulat. & ꝝ
directum illi preparans abscondita sua illi denudat. & super illum sci
entiam & intellectum prudentię thesaurizat. Ergo qui tenuerit il
lam. uitam hereditabit eternā. DE PRVDENTIA.

PRVDENTIA HAMQ; ORNAMENTVM est omnium uirtutum. gloria uerbi. decusq; sermonis.
Sicut scriptum est. ornamentum aureum prudens doctri
na. & quasi brachiale in brachio dextro. Prudentia custos est oris.
gubernatio actionis. temperantia cordis. moderatio linguę. omniūq;
statera uerborum. & ponderatio rerum. Sic enim scriptum ē. Verba
prudentium in statera ponderabuntur. Hinc & paulus ait. Sermo
ur semper in gratia sale sit conditus. ut sciatis quomodo opor
teat uos unicuiq; respondere. Diligamus & nos fratres hanc clarissimam uirtutem. quę nobis gubernationem animi disponat. et
discretionem mentis confirmet. Sic enim scriptum est. Qui sapiens
est. multa gubernat prudentia. Diligamus prudentiam quę gres
sus operis nri dirigat. & actus cogitationis disponat. Scriptū est enim.
Vir prudens dirigit gressus suos. Diligamus prudentiam. quę nobis
domum spiritualem edificet. & edificatam sublimiter roboret. Scrip
tum est enim. Sapientia edificabitur domus. & prudentia roborabi
tur. Diligam prudentiam. quę nobis ornamenta morū & copiam
ministret uirtutū. quę ori nro legem ueritatis insinuet. & sermonē
sapientię & intellectus multipliciter adornet sermonibus nostris
aureum ornamentum imponat & labiis nris munus argenteum
confectat. moribus nostris iugem custodiam congruā ministret et glo